

Cambridge University Press


978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

## LIBER CUSTUMARUM.



INCIPIUNT CAPITULA DE SITU NOBILISSIMÆ F. (1.) a.  
CIVITATIS LONDONIÆ.

- I. *De Fama Civitatis.*
- II. *De Clementia Cœli—animos civium emolliens.*
- III. *De Christiana ibi Religione.*
- IV. *De Firmitate et Situ Urbis.*
- V. *De Hortis consitis.*
- VI. *De Pascuis.*
- VII. *De Agris.*
- VIII. *De Fontibus.*
- IX. *De Honore Civium.*
- X. *De Pudicitia.*
- XI. *De Scholis.*
- XII. *De Dispositione Urbis.*
- XIII. *De Smethefeld.*
- XIV. *De Navibus et Mercimoniis.*
- XV. *De Consuetudinibus Ecclesiarum.*
- XVI. *De Ludis.*
- XVII. *De Repræsentatione Miraculorum.*
- XVIII. *De Pugna Gallorum; et de Ludo Pilæ.*
- XIX. *De Ludis bellicosis in campis.*
- XX. *De Ludis navalibus.*
- XXI. *De Ludis æstivalibus, ut Iucta et hujusmodi.*
- XXII. *De Pugna Aprorum, Taurorum, et Ursorum  
in hieme, cum Canibus.*
- XXIII. *De Ludentibus super glaciem.*
- XXIV. *De hiis qui delectantur in Avibus.*
- XXV. *De hiis quos Civitas Londonia peperit.*

Contents of  
Fitz-Ste-  
phen's De-  
scription of  
London.

VOL. II.

A

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis*, Volume 2: *Liber Custumarum* with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

2

LIBER CUSTUMARUM.

[HEN. II.]

I. [*De Fama Civitatis Londoniæ.*]

F. 8. a.

The fame,  
wealth, and  
praises of  
the City of  
London.

<sup>1</sup> Inter nobiles urbes orbis quas fama celebrat, civitas Londonia, regni Anglorum sedes, una est quæ famam sui latius diffundit, opes et merces longius transmittit, caput altius extollit. Felix est aeris salubritate, Christiana religione, firmitate munitionum, natura situs, honore civium, pudicitia matronali. Ludis etiam quam jocunda, et nobilium est fœcunda virorum. Quæ singula <sup>2</sup> semotim libet inspicere.

II. *De Clementia Cœli.*

The excel-  
lence of its  
atmosphere.

Ibidem siquidem—

<sup>3</sup> “Emollit animos hominum clementia cœli;”  
non ut sint in <sup>4</sup> Venerem, sed ne feri sint et bestiales,  
<sup>5</sup> sed potius benigni et liberales.

III. *De Christiana ibi Religione.*

The facili-  
ties for  
Christian  
worship en-  
joyed there.

Est ibi, in ecclesia Beati Pauli, Episcopalis Sedes. Quondam fuit Metropolitana, et adhuc futura creditur, si remeaverint cives in insulam; nisi forte Beati Thomæ Martyris titulus Archiepiscopalis dignitatem illam Cantuariæ, ubi nunc est, conservet perpetuam.

<sup>1</sup> This is the well-known “Description of London,” by Stephanides or Fitz-Stephen, a monk of Canterbury, and biographer of Thomas à Becket, who wrote in the latter half of the 12th century. See a passage borrowed from this part, in *Liber Albus*, p. 61. -

<sup>2</sup> Written *seriatim*, in Dr. Pegge’s Edition, 1772.

<sup>3</sup> The source of this hexameter (if indeed not the composition of the writer himself) is unknown.

<sup>4</sup> This word is followed by the adjective *putres*, in Pegge’s Edition,

<sup>5</sup> This word is omitted in Pegge’s Edition.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

HEN. II.]

DESCRIPTION OF LONDON.

3

Sed cum utramque urbium harum Sanctus Thoma illustraverit, Londoniam ortu, Cantuariam occasu; ipsius Sancti intuitu, cum justitiæ accessu, habet altera adversus alteram quod amplius allegiet. Sunt etiam, quod ad Christianæ fidei cultum pertinet, tum in Londonia tum in suburbano, tresdecim majores ecclesiæ Conventuum, præter minores Parochianas centum viginti sex.

#### III. *De Firmitate et Situ Urbis.*

Habet ab Oriente arcem palatinam, maximam et fortissimam, cujus et area et muri <sup>1</sup>et fundamento profundissimo exurgunt; cæmento cum sanguine animalium temperato. Ab Occidente duo <sup>2</sup>sunt castella munitissima; muro urbis alto et magno, duplatis heptapylæ portis, intercontinuante, spatio turrato ab Aquilone per intercapedines. Similiterque, ab Austro Londonia murata et turrata fuit; sed fluvius maximus, piscosus Thamensis, mari influo refluoque, qui illac allabitur, mœnia illa tractu temporis <sup>3</sup>alluit, labefactavit, dejecit.

Item, sursum ab Occidente palatium regium eminet super fluvium eundem, ædificium incomparabile, cum antemurali et propugnaculis, duobus millibus ab urbe, suburbano frequenti continuante.

#### V. *De Hortis consitis.*

Undique extra domos suburbanorum horti civium, arboribus consiti, spatiosi et speciosi, contigui habentur.

<sup>1</sup> Properly *a*, as in Pegge's Edition.

<sup>2</sup> This word is omitted in Pegge's Edition.

<sup>3</sup> Written *abluit* in Pegge's Edition.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

4

LIBER CUSTUMARUM.

[HEN. II.]

VI. *De Pascuis.*

The meadows, pastures, and forest, in its vicinity.

Item, a Borea sunt agri pascui, et pratorum grata planities, aquis fluvialibus interfuis; ad quas molinorum versatiles rotæ citantur cum murmure jocoso. Proxime patet foresta ingens, saltus nemorosi, ferarum latebræ, cervorum, <sup>1</sup>damarum, aprorum, et taurorum silvestrium.

VII. *De Agris.*

Its corn-fields.

Agri urbis sationales non sunt jejunæ glareæ, sed pingues Asiæ campi, qui <sup>2</sup>“faciunt lætas segetes;” et suorum cultorum repleant horrea <sup>3</sup>“Cerealis mergite culmi.”

VIII. *De Fontibus.*

Its springs; Holywell, Clerkenwell, and St. Clement's Well.

Sunt etiam circa Londoniam a Aquilone suburbani fontes præcipui, aqua dulci, salubri, perspicua, et <sup>4</sup>“per claros rivo trepidante lapillos.” Inter quos Fons Sacer, Fons Clericorum, Fons Sancti Clementis, nominatiores habentur; et adeuntur celebriore accessu et majore frequentia scholarium, et urbanæ juventutis in serotinis æstivis ad auram exeuntis. Urbs sane bona, cum bonum habeat dominum.

F. 3. b.

IX. *De Honore Civium.*

The military strength of the City, and

Urbs ista viris est honorata, armis decorata, multo habitatore populosa; ut tempore bellicæ cladis, <sup>5</sup>Rege

<sup>1</sup> Written *dammorum* in the original.

<sup>2</sup> A quotation from Virgil, *Georgics*, B. I. l. 1.

<sup>3</sup> *Georgics*, B. II. l. 517.

<sup>4</sup> A portion of an hexameter by an author now unknown.

<sup>5</sup> The word *jubente* occurs here in Pegge's Edition.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

HEN. II.]

ITS SCHOLARS AND SCHOOLS.

5

Stephano, bello apti ex ea exeuntes <sup>1</sup> qui ostentatui the high rank of its citizens. haberentur, viginti millia equitum <sup>2</sup> armatos et sexaginta millia peditum æstimarentur. Cives Londoniæ, ubicumque locorum, præ omnibus aliis civibus ornatu morum, vestium, et mensæ locutione spectabiles et noti habentur.<sup>3</sup>

## X. De Pudicitia.

Urbis matronæ ipsæ Sabinæ sunt.

The chastity of its matrons.

## XI. De Scholis.

In Londoniis tres principales ecclesiæ; videlicet, Sedes The great merits of its ecclesiastical schools. Episcopalis, ecclesia Sancti Pauli, ecclesia Sanctæ Trinitatis, et ecclesia Sancti Martini, scholas habent celebres et privilegio et antiqua dignitate. Plerumque tamen favore alicujus, vel aliquorum doctorum, qui secundum philosophiam noti habeantur et præclari, et aliæ sunt ibi scholæ de gratia et permissione.

Diebus festis, ad ecclesias festivas magistri celebrant Rhetorical displays of the scholars. cum discipulis suis conventus, gratia exercitationis. Disputant ibidem scholares, quidam demonstrative, dialectice alii; alii recitant enthymemata, hii melius perfectis utuntur syllogismis. Quidam ad ostentationem exercentur <sup>4</sup> disputationem, quæ est inter <sup>5</sup> colluctantes; alii ad veritatem, ea quæ est perfectionis gratia. Sophistæ simulatores agmine et inundatione verborum beati judicantur; alii

<sup>1</sup> This word is omitted in Pegge's Edition.

<sup>2</sup> Written *armatorum* in Pegge's Edition.

<sup>3</sup> Here occur in the other MSS., and in Pegge's Edition, the words: "*Habitatores aliarum urbium cives, hujus Barones, dicuntur. Eis est*

"*finis omnis controversiæ sacramentum.*" The absence of them, in a City copy too of the work, is deserving of notice.

<sup>4</sup> Properly *disputatione*.

<sup>5</sup> Written *collectantes* in Pegge's Edition.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis*, Volume 2: *Liber Custumarum* with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

paralogizantur. Oratores aliqui quandoque orationibus rhetoricis aliquid dicunt apposite ad persuadendum, curantes artis præcepta servare et ex contingentibus nihil omittere. Pueri diversarum scholarum inter se versibus conrixantur; aut de principiis artis grammaticæ, aut de regulis præteritorum vel futurorum contendunt. Sunt alii qui in epigrammatibus, rhythmis, et metris, utuntur vetere illa triviali dicacitate; licentia Fescennina socios, suppressis nominibus, liberius lacerant; lædorias jaculantur et <sup>1</sup>scommata; salibus Socraticis sociorum, vel forte majorum, vitia tangunt; ne mordacius <sup>2</sup>dente rodant procaciori, audacioribus convitiis. Auditores

<sup>3</sup> “ ————multum ridere parati,  
“Ingeminant tremulos naso crispante cachinnos.”

### XII. *De Dispositione Urbis.*

The various  
trades car-  
ried on in  
their respec-  
tive locali-  
ties.

Victuals,  
ready cook-  
ed, to be ob-  
tained at all  
times.

Singulorum officiorum exercitatores, singularum rerum venditores, singularum operarum suarum locatores, cotidiano mane per se sunt locis distincti omnes, ut officii. Præterea est in Londonia, super ripam fluminis, inter vina et navibus et cellis vinariis venalia, publica coquina. Ibi quotidie, pro tempore, est invenire cibaria, fercula, frixa, elixa, pisces, pisciculos, carnes grossiores pauperibus, deliciores divitioribus, venationum, avium, avicularum. Si subito veniant ad aliquem civium amici fatigati ex itinere, nec libeat jejunis expectare ut novi cibi emantur et coquantur,

<sup>4</sup> “Dent famuli manibus lymphas, panesque.”—

<sup>1</sup> Written *comota* in the original.  
Allusion is made to a passage in  
Macrobius, *Saturnal.* B. vii. 3.

B. I. *Epist.* xviii. l. 82:

<sup>2</sup> From Persius, *Sat.* iii. l. 87.

<sup>4</sup> A quotation from the *Æneid*,

B. I. l. 701.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis*, Volume 2: *Liber Custumarum* with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

HEN. II.] HORSE-MARKET AT SMITHFIELD. 7

Interim ad ripam curritur; ibi præsto sunt omnia desiderabilia. Quantalibet militum vel peregrinorum infinitas intrant urbem, qualibet diei vel noctis hora, vel ab urbe exitura, ne vel hii nimium jejurent, vel alii impransi exeant, illuc, si placet, divertunt, et se pro modo suo singuli reficiunt. Qui se curare volunt molliter, accipiunt anserem, ve Afram avem, vel attagen Ionicum; non opus ut quid quærant, appositis, quæ ibi inveniuntur, deliciis. Hæc equidem publica coquina est, et civitati plurimum expediens, et ad civilitatem pertinens. Hinc est, quod legitur in "Gorgia" Platonis, juxta medicinam esse coquorum officium, simulacrum, et adulationem, quartæ particulæ civitatis.

F. 4. a.

XIII. *De Smethefelde.*

Est ibi extra unam portarum, statim in suburbio, <sup>Smithfield,</sup> quidam planus campus, re et nomine. <sup>and its</sup> Omni sexta feria, <sup>market for</sup> nisi sit major festivitas præceptæ solemnitatis, est ibi <sup>horses.</sup> celebre spectaculum nobilium equorum venalium: spectaturi vel empturi veniunt, qui in urbe assunt, Comites, Barones, Milites, cives plurimi. Juvat videre gradarios cute succo satura, pilo connitente, suaviter ambulantes; pedibus lateraliter simul erectis, quasi a subalternis, et demissis: hinc, equos qui armigeris magis conveniunt, durius incedentes, sed expedite tamen, qui quasi a contradictoribus pedes simul elevant et deponunt: hinc, nobiles pullos juniores, qui, nondum fræno bene assueti,—

<sup>1</sup> "Altius incedunt, et mollia crura reponunt:"

hinc, summarios, membris validis et vegetis: hinc, dextrarios pretiosos, elegantis formæ, staturæ honestæ,

---

<sup>1</sup> From Virgil, *Georgics*, B. III. l. 76.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)How their  
paces are  
tried by the  
buyers.

micantes auribus, cervicibus arduis, clunibus obesis. In horum incessu spectant emptores; primo, passum suaviorem, postea motum citatiorem, qui est quasi a contrariis pedibus, anterioribus simul solo amotis et admotis, et posterioribus similiter. Cum talium sonipedum cursus imminet, et aliorum forte, qui similiter sunt in genere suo ad vecturam validi, ad cursuram vegeti, clamor attollitur, vulgares equos in partem ire præcipitur. Sessores alipedum pueri tres simul, aliquando <sup>1</sup> bini, certamini se præparant. Docti equis imperitare indomitorum <sup>2</sup> lupatis temperant frænis ora: hoc maxime præcaverit, ne alter alteri cursum præripiat.

Equi similiter, pro modo suo, ad certamen cursus illius se attollunt; <sup>3</sup> tremunt artus, moræ impatientes, stare loco nesciunt; facto signo, membra extendunt, cursum rapiunt, agilitate pervicaci feruntur. Certant sessores laudis amore, spe victoriæ, equis admissis subdere calcaria, et nec minus urgere eos virgis et ciere clamoribus. Putares omnia in motu esse, secundum Heraclitum, et falsam omnino Zenonis sententiam, dicentis quoniam non contingit moveri neque stadium pertransire.

The market  
for cattle  
and rural  
implements.

Parte alia stant seorsum rusticorum peculia, agrorum instrumenta, sues longis lateribus, vaccæ distentis uberibus,—

<sup>4</sup> “Corpora magna boum, lanigerumque pecus.”

Stant ibi aptæ aratris, trahis, et bigis equæ; quarundam ventres foetibus protument; alias editi foetus obeunt, pulli lasciviores, sequela inseparabilis.

<sup>1</sup> This word is followed by “*ex con- dicto, et bini*,” in Pegge’s Edition.

<sup>2</sup> In allusion to Horace, *B. I. Ode* viii. l. 6.

<sup>3</sup> In allusion to Virgil, *Georgics*, B. III. l. 54.

<sup>4</sup> A line borrowed partly from Virgil and partly from Ovid.



Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - *Munimenta Gildhallae Londoniensis*, Volume 2: *Liber Custumarum* with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

HEN. II.] TRAFFIC AND INSTITUTIONS OF LONDON. 9

XIII. *De Navibus et Mercimoniis.*

Ad urbem hanc, ex omni natione quæ sub cœlo est, navalia gaudent institores habere commercia ;— The traffic of London with foreign countries.

- “ Aurum mittit Arabs ; species et <sup>1</sup> thura Sabæus ;  
 “ Arma Scythes ; oleum palmarum divite silva  
 “ Pingue solum Babylon ; Nilus lapides pretiosos ; F. 4. b.  
 “ Seres purpureas vestes ; <sup>2</sup> Galli sua vina ;  
 “ Norwegi, Rusci, varium, griseum, sabelinas.”

Urbe Roma, secundum Chronicorum fidem, satis antiquior est. Ab eisdem quippe patribus Trojanis, hæc prius a Bruto condita est quam illa a Remo et Romulo ; unde et adhuc antiquis eisdem utuntur legibus et communibus institutis. Hæc, similiter illi, regionibus est distincta ; habet annuos, pro Consulibus, Vicecomites ; habet Senatoriam dignitatem et magistratus minores ; eluviones et aquæductus in vicis ; ad genera causarum, deliberativæ, demonstrativæ, judicialis, loca sua, fora singula ; habet sua die jus statuendi Comitia. The antiquity of its institutions.

XV. *De Consuetudinibus Ecclesiarum.*

Non puto urbem esse in qua sint probabiliores consuetudines, in ecclesiis visitandis, ordinatis Dei honorandis, festis feriandis, eleemosynis dandis, in hospitibus suscipiendis, in desponsationibus firmandis, matrimoniis contrahendis, nuptiis celebrandis, conviviis ornandis, convivis hilarandis ; etiam, in exequiis curandis et cadaveribus humanis. The excellence of its ecclesiastical institutions.

Solæ pestes Londoniæ sunt immodica stultorum The two great evils of London life.

<sup>1</sup> In allusion to Virgil, *Georgics*, B. I. l. 57, and B. II. l. 117. These lines are the composition of a writer now unknown.

<sup>2</sup> These three words are misplaced in the original, coming after *sabelinas*.

Cambridge University Press

978-1-108-04252-9 - Munimenta Gildhallae Londoniensis, Volume 2: Liber Custumarum with  
Extracts from the Cottonian MS. Claudius, D.II Part 1

Edited by Henry Thomas Riley

Excerpt

[More information](#)

The resort  
thither of  
bishops,  
abbots, and  
nobles,

<sup>1</sup> putatio et frequens incendium. Ad hæc, omnes fere  
Episcopi, Abbates, et magnates Angliæ, quasi cives et  
municipes sunt urbis Londoniæ; sua ibi habentes  
ædificia præclara, ubi se recipiunt, ubi divites impensas  
faciunt, ad concilia, ad conventus celebres in urbem  
evocati a Domino Rege, vel Metropolitano suo, seu  
propriis tracti negotiis.

XVI. *De Ludis.*

The recre-  
ations of the  
citizens.

Digression.

Amplius et ad ludos urbis veniamus, quoniam non  
expedit utilem tantum et seriam urbem esse, nisi dulcis  
etiam sit et jocunda. Unde et in sigillis summorum  
Pontificum, usque ad tempora Leonis Papæ, ex altera  
parte bullæ, scripto per impressionem piscatore Petro,  
et supra eum clave, quasi in manu Dei de cœlis ei  
porrecta, et circa eum versu;—

“Tu pro me navem liquisti, suscipe clavem.”

Ex altera parte impressa erat urbs, et scriptura ista;—

<sup>2</sup> “Aurea Roma.”

Item, ad laudem Cæsaris Augusti et Romæ, dictum  
est;—

<sup>3</sup> “Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane;

“Divisum imperium cum Jove, Cæsar, <sup>4</sup> habes.”

XVII. [*De Repræsentatione Miraculorum.*]

Their Mira-  
cle-plays.

Londonia, pro spectaculis theatralibus, pro ludis  
scenici, ludos habet sanctiores, repræsentationes Mi-  
raculorum quæ sancti Confessores operati sunt, seu  
repræsentationes Passionum quibus claruit constantia  
Martyrum.

<sup>1</sup> In the other MSS. the reading here is *potatio*. Dr. Pegge, however, seems to prefer ‘*putatio*,’ and to imagine that fornication, and not drunkenness, is meant.

<sup>2</sup> Written *aulea*. From Ausonius, “*De Claris Urbibus*,” No. I.

<sup>3</sup> This distich is from the *Life* of Virgil, by Donatus.

<sup>4</sup> The usual reading here is *habet*.